

XXIII. *Letter from M. OCTAVE DELEPIERRE, Secretary of the Belgian Legation, Honorary F.S.A., to Sir HENRY ELLIS, Secretary, communicating a Document preserved among the Records of West Flanders, relating to the carved Stalls of Melrose Abbey Church.*

---

Read 8th January, 1846.

---

London, Dec. 31, 1845.

SIR,

I VENTURE to submit to you a Document which may perhaps offer some interest to the Society of Antiquaries.

Unable to show my gratitude for the honour they have conferred upon me, in admitting a stranger amongst them, by any work of great length, because it is very hazardous to write on scientific subjects in a foreign language, I will try, notwithstanding, to prove that I am not entirely unworthy of the favour done me. Having been occupied for six years in researches among the old records and charters of Flanders, I have collected a good number of documents relating to the connexion which existed formerly between England and my Country. If it were agreeable to the Society of Antiquaries, I could send you, from time to time, Copies of these Documents. I have now the honour of submitting to you one of them, on the carved Stalls of the ancient church of Melrose Abbey in Scotland.

You know how celebrated the wood carvings of Flanders were formerly, and many authors have shewn how much the Flemish wood carvers, sculptors, architects, and engravers were esteemed, in foreign countries, in the xivth, xvth, and xvith centuries.

The Stalls of Melrose Abbey were among the most perfect specimens of carving which could be found in Great Britain, and although the ruins of that Monastery have attracted the notice of many antiquaries, I am not aware that it has ever been ascertained, in the history of art, by whom the fine

wood carvings, which formerly existed in the choir of the church, were executed.

The following Document will not only give a satisfactory explanation, on that subject, but adds also some circumstances of a rather curious nature. I found it in the Records of West Flanders, where it now lies.

---

Cum Questio et Controversia ortæ fuissent in pleno Scabinatu Brugensi per et inter religiosum virum dominum Johannem Crawfort, religiosum Monasterii de Melros in Scotia, et Wilhelmum Carebis, mercatorem Scotum, procuratores in hac parte reverendi in Christo patris et domini, domini Abbatis et Conventus prædicti Monasterii de Melros ex unâ parte, et Cornelium de Aeltre, oppidanum villæ Brugensis, artis Carpentariæ magistrum ex alterâ parte, dicendum et proponendum prædictis procuratoribus, et signant dicto Domino Johanni quod, temporibus jam diù elapsis, idem Dominus Johannes pactum iniit et conventionem fecit cum dicto Cornelio pro componendis, fabricandis, et perficiendis certis Sedilibus sive Stallis, et in dicto Monasterio de Melros erigendis, ad instar et similitudinem stallorum in choro ecclesiæ seu Monasterii de Dunis, in Flandriâ situatorum, cum scissura tali quam habent sedilia situata in choro ecclesiæ de Thosan juxta Brugis, prout de hic apprime dicebant per litteras conventionis supra hoc confectas, et quod dictus Cornelius de salario suo convento ab ipso domino Johanne ad plenum fuerat persolutus, et propterea cum instantiâ requirebant quatenus dictum opus suum perfectum, expensis suis perficeret, et in choro dictæ Ecclesiæ de Melros erigeret cum effectum, juxta formam questionis ante dictæ: supra quod dictus Cornelius respondit, recognoscens conventionem et pactum de dictis Stallis perficiendis et erigendis cum dicto domino Johanne fecisse, verum ab aliâ parte asserebat Conventionem ipsam paulo ante mutationem monetæ Flandriæ factam fuisse, et eam quam recepit pecuniam, in veteri monetâ seu ad ejus estimationem, in novâ solutam fuisse, quod quo emptionem lignorum congeriem quam prædicto operi aptam comparavit, et operariorum suorum mercedem posthac in novâ et forti monetâ persolvere coactus fuit, et preterea quia fundamentum Stallorum Ecclesiæ de Dunis, ad quorum instar opus pre-

dictum confici debebat, minus firmum et debile pro tanto opere videbatur, ipse Cornelius stabilius et firmiter fundamentum ultra formam conventionis suæ, pro utilitate ipsius operis composuit, sed spe condecens recompensationis de hoc in fine operis recipiendi, quâ de causâ ligna grossiora et multo cariora pro ipso opere adaptavit. Dixit præterea predictus Cornelius, dum dictum opus per aliqua tempora fuisset inceptum, populi commotio in dictâ villâ Brugensi oriri cæpit, quo accidit ut operarii sui quorum adiutorio opus ipsum conficiebatur, et quos de eorum labore et mercede persolverat, recedentes ab opere ipsum deseruerunt, mercedem suam quam receperant asportantes; et quod dictis mediis ipse Cornelius nedum pecuniis ipsis receptis, verum etiam facultatibus suis lapsus, et ferè ad penuriam destitutus, et uxore liberisque gravatus, ipsum opus quoquo modo perficere non valet, nisi sibi favorabiliter succurratur; operam suam personalem presto et palam pro perfectione ipsius operis exhibens et offerens.

Pro concordandis et pacificandis partibus auditis, reverendi in Christo patres et domini, Magistri Johannes Cranach Brichemensis episcopus, et abbas dicti monasterii de Thosan, una cum certis deputatis dicti Scabinatus Bruggensis, se intromisissent, et cum ipsis partibus Tractatum supra perfectione ipsius operis habuissent, et certa media pro bono pacis et concordie, et ne dictum opus imperfectum et desertum manet, admonuissent. Hinc est quod ante dictis considerationibus et opinionibus dictorum reverendorum in Christo patrum et deputatorum prædicti Scabinatus, et consideratis rationibus certis quæ considerari debebant, et maximè paupertate et bonâ voluntate predicti Cornelii, per dictum Scabinatum ordinatum et appunctuatum est ut infra :

1º. videlicet quod dicti Procuratores persolvent Gardiano Conventus fratrum Minorum Bruggensium, in quorum refectorio prædictum opus per multos annos locatum steterat, et ejus occasione fratres ipsius eo uti non poterant ratione locagii ipsius operis, quatuor libras grossorum.<sup>a</sup>

Item, quod dicti procuratores pro transferendo ipso opere in eo statu quo nunc est, de dicto Conventu fratrum Minorum usque in villam Slusensem, et

<sup>a</sup> That money is still in use in Flanders, under the name of Livres de gros.

ibidem in navi ad hoc paratâ ponendo, tradent et exponent duas libras grossorum.

Item, quod ad succurrendum penuriæ dicti Cornelii, uxoris et filiorum ejusdem, et ad se parandum et disponendum cum dicto opere versus Scotiam transfretandum, tradent et solvent prædicto Cornelio adhuc duas libras grossorum.

Item, quod prædicti procuratores dicto nomine procuratorio dabunt et concedent prædicto Cornelio et ejus formiscissori bonum et liberum saluum conductum, libere se transferendi in dicto Monasterio, ibidem opus prædictum perficiendi et erigendi, et, ipso opere perfecto et erecto, iterum redeundi, absque hoc quod occasione quâcumque prædictum Monasterium aut ejus nomine poterit in Scotiâ vexari, molestari, seu detineri; et quia sub ipsius saluum-conductûs protectione, nec non spe certâ, quod post ipsius operis perfectionem sibi fiet condecens compensatio de suis dampnis et interesse, pro quâ dicti procuratores intercedere et preces fundere apud dictum dominum abbatem de Melros et ejus Conventum, citra tamen obligationem aliquam, tenebuntur, prædictus Cornelius cum suo formiscissore abhinc recedet versus Slusam, et dicto loco Slusensi cum dicto domino Johanne versus dictum Monasterium de Melros se transferet, ibidemque dictum opus perficiet, et eriget uti decebit, auxilio tamen operariorum sibi ad hoc ex parte et expensis Monasterii ejusdem deputandorum, et ad hoc faciendum cum effectu, prædictus Cornelius nec non Johannes Mulaert ejus plegius et fidejussor, se coram dicto Scabinatu personaliter obligaverunt, sub pænis si aliquid in ipso Cornelio committeretur, quod absit! per ipsum Scabinatum pro dampnis et interesse dicti Monasterii declarandis; et quod dicti Procuratores tenebuntur ministrare et solvere prædicto Cornelio et ejus formiscissori expensas ordinarias de dicto loco Slusensi usque ad dictum Monasterium, et quando ibidem fuerint et opus prædictum compleverint; et iterum, opere completo, de dicto Monasterio usque dictum locum Slusensem, ita quod conductionem navium quibus conducerentur et reducerentur, nec non expensas victus eorum, aut aliis ordinariis nihil exponere seu solvere tenebuntur. Actum die vii. mensis Octobris, Anno Domini MCCCCXLI.